



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De virginitate mentis & carnis. E

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

generis, sed in perfectione vite & sinceritate scientiæ, & virginitas fecunditati præfertur, & sacerdotibus continentia indicitur.

*De virginitate mentis & carnis.*

E

Melior est autem virginitas mentis quam carnis. Vnde Amb. Tolerabilius est mentem virginem, quam carnem habere: utrumque bonum est, si liceat: si non liceat, saltem non est casti homini, sed Deo simus.

Virgo prostrari potest, adulterari non potest: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem, Non potest caro ante corrupti, nisi mens ante fuerit corrupta. Idem Isid. Non potest corpus corrupti, nisi prius animus corruptus fuerit. Mundata namque contagione anima, caro non peccat. In fine huius capituli aperitur quomodo verum sit, nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrupti, scilicet peccato. Illud etiam Aug. advertendum est. Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quam idolo thytis vesci: ita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito coitu stirpem querere. Unde cunque vero nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti & salvi erunt. Semen enim ex qualicunque homine, Dei creatura est: & eo male videnti, male erit, non ipsum aliquando malum erit.

DE PERSONIS LEGITIMIS.

DISTINCT. XXXIV. A

Nunc superest attendere quæ personæ sint legitimæ ad contrahendum matrimonium. Legitimæ iudicantur personæ secundum statuta patrum, quæ diuersa sunt. Aliæ namque fuerunt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earum vero, quæ modo legitimæ sunt vel illegitimæ, quædam sunt plenè legitimæ, quædam omninò illegitimæ, quædam mediæ. Plenè legitimæ sunt, quibus non obuiat vorum conti-

*Amb. in lib. 1. de Virginitate.*

*to. 1.*

*Ca. 4. lib. ad virginem lapsam.*

*Isid. in synonymis, lib. 28.*

*Aug. in li. de bono coniu- giali, t. 16. in 10. 6.*